



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 92. Congregatio ad discutiendam Guisii Cardinalis cædem instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„quam præcipiti ex consilio egisse, re-
 „dargui valeam.,”

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

§. XCII.

*Congregatio ad discutiendam Guisii
 Cardinalis cædem instituta.*

Summus Pontifex singularem erigebat
 congregationem, quæ ex Cardinali-
 bus Antonio Serbellonio Mediolanensi,
 Antonio Santorio, Sanseverinatenſi
 Archiepiscopo, Antonio Fachineto Bo-
 noniensi, Scipione Lancelloto Romano,
 Joanne Baptista Castagna, pluribusque
 aliis constabat. Eo etiam Maduanus
 Dux, cum hanc causam in Henrici fa-
 vorem non decidi plurimum illius in-
 teresset, die octava Januarii suum Can-
 cellarium Jacobum Dioum Romam ab-
 legabat, qui de attentato hoc parrici-
 dio suas quoque querelas summo Pon-
 tifici exponeret: Fœderati vero suo no-
 mine decernebant Parisiensis Curie Se-
 natorem nomine Lazarum Coquelejum
 unacum Nicolao Pileo Orbafii Abbate
 Guisianæ familiæ addictissimo: ergo
 una omnes summo Pontifici exponunt,
 quod unice tuendæ Religionis, ac pub-
 licæ tranquillitatis studio animati ad-
 venerint, rogantes, ut urgente tempo-
 ris necessitate Sanctitas sua Christia-
 num Franciæ populum suo patrocinio
 fovere, atque juncta cum eis opera in-
 juriam

Thuan. l. 94.

Daniel hist.

du France

t. 6. p. 780.

Uu 4

juriam

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

juriam Ecclesiæ illatam, necnon fidei publicæ sanctitatem, ac Regni libertatem graviter violatam ulcisci velit, præcipue cum Franciæ Rex nunquam sincero animo bellum in Calvinistas movisset, sed eodem omnino tempore cum Angliæ Regina clandestinis consiliis coludens Protestantes Germaniæ Principes, & Navarræ Regem fovisset, quinimo ipsemet Henricus præfatæ Elizabethæ Reginæ auctor existisset, ut inhumana prorsus sævitia Mariam Scotiæ Reginam morti traderet.

§. XCIII.

Cenomanensis Episcopus a Rege Romanam ablegatus.

Thuan. i. 94.
Spond. hoc
ann. n. 7.
Davil. l. 10.

Rex ut falsas hæc criminationes dilueret, non modo datis ad Joyosam Cardinalem, Pisanium Marchionem, & Gondium literis coram Papa se excusari rogabat, sed insuper Claudium Angeneum Rambuielletum Cenomanensem Episcopum Romam ablegabat qui etiam die vigesima tertia Februarii eo delatus præprimis cum Joyosa Cardinale, & Marchione Pisano conferebat, & postea unacum illis ad Pontificis alloquium admitti efflagitabat. Hoc Papa perbenigne excipiens, illos cum magna animi moderatione audire videbatur: igitur Cenomanensis Præfatus Sixto